



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Ladislaus Confessor. 27. Junii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

venditur cœlum, & si cliens offendit vel semel Me-  
cenateum suum quād facile exhereditatur; quoties  
offendisti Deum.

## S. LADISLAUS. CONFESSOR.

27. Junii.

*Regnum meum non est de hoc mun-  
do, si ex hoc mundo esset regnum  
meum, ministri mei utique certa-  
rent, ut non traderer Judæis. Joan. 18.*

**L**ADISLAUM Belæ primi Regis Unga-  
rorum filium imo MARIAE, vides; ita  
totus ab hujus uberibus, dum vixit, po-  
pendit, sed neque mortuus, ut audies, di-  
misit. Cæterum vix alius Regum tui vir-  
tutibus aut purpuram ornavit, aut coro-  
nam distinxit: ut minus mirer, si legam au-  
lam ejus ab Angelis frequentatam esse. Cer-  
tè ipse ab Angelo germanum suum vidi-  
coronari, sed & Angelum sub cervi ice-  
mate ignitis cornibus locum vidi-  
signare, quo promissam Matri Magnæ adem  
conderet. eorundem cœlitum ope, cum in  
multis aliis pugnis, tum in duello contra  
patruum

patruum suum Regem Salomonem vicer  
evasit. Etenim, cum hic cum uno rem si-  
bi LADISLAO crederet esse, conspexit sub  
congressum contra duos præterea Angelos  
sibi certamen esse, qui gladio jamjam Salo-  
moni graves imminebant. Noluit igitur,  
etsi Hercules sibi ipse videretur, in tot ran-  
tosque pugnare; sed abjecit arma pacem co-  
luit. Toties vicer LADISLAUS, coronam  
tamen ferre Ungariæ semper respuit, nobi-  
liorem & immortalē ambiens, quam ut  
facilius obtineret, facere fortiter pro terra  
Sancta constituit. In ea proinde expeditio-  
ne, cùm Dux lectus esset omnium copia-  
rum, Ecce in ipso Belli apparatu pulcherri-  
ma morte occubuit. Mortuus porrò & cur-  
rui impositus, sine jumentorum homi-  
numque ope in templum, quod ab ea Vir-  
gini stratum memoravimus, non tam vehi-  
quām currere visus est. Obstupuit ad mira-  
culum Orbis, at non ego etiam. Nam cur  
filium mirer ad Matrem suam decurrere.

*Ex Ant. Bonfin.*

## M E D I T A T I O

### *De Regno Dei.*

I. **O**MNES ad Regnum cœleste vocati sumus:  
en hæreditas! quam Pater cœlestis no-  
FF 5 bis

bis præparavit. Per te stat, quominus tua sit: non illi solum, qui pecuniis, scientiis, nobilitate & ingenio valent, eam accepturi sunt. sed unus quisque eam potest sperare. *Omnes pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur.* Minut.

2. Regnum nostrum non est de hoc mundo: hic versamur quasi in exilio: in acie sumus. pugnandum, & vincendum est, ut cœlestem coronam consequamur: suam alii felicitatem his in terris querant, ego quidem eam duntaxat in cœlis. Lamentabor cum sanctis: patiar cum Jesu, ut expleto exilii tempore cum ipsis regnare possim.

3. Regnum Dei intra vos est: hoc est, in tuâ manu, potes quidem reicta tibi à parentibus hereditate spoliari; at comparata Sanguine Jesu Christi non item. Tu solus eam potes amittere. Jam vero, ut potes in cœlis cum Jesu gaudere, potes utique in inferno cum Dæmonie cruciari. In tuo arbitrio Deus posuit, cui pares locum, Deo an Diabolo? cum paraveris, qui posidebit, ipse imperabit. Aug.

---

## S. POTAMIENA VIRG. & MART.

28. Junii.

*Si tradidero corpus meum ita, ut ardeam charitatem autem non habuero*